

ROBERTI DVDLÆI LECESTRIÆ

Comitis, è Belgio in Angliam revertentis : cum pa-
ranetico Ordinum confœderatorum :
cusi, Anno Christi 1586.



Robertum Dudlæum Comitem Lecestrium, ab Eli-
sabethâ Angliæ Regina, ad moderandas urbes sibi
oppignoratas, in Belgium missum : honorificè ab
incolis exceptum : donatum Gubernatoris Gene-
ralis (agrè id ferente Reginâ) honore ac titulo, non
eum later, qui historiam Belgicam à limine, quod
aiunt, salutavit. Cùm vero spei de se conceptæ non
eum ad modum, quem animo Belgæ præceperant,
satisfaceret, atque insuper ad rationes de pecuniâ

bellicâ, & nonnullis aliis reddendas posceretur: non iniquè tulit, se in An-
gliam, ob res ibi turbatas, revocari. Discedens nummum hunc in auro di-
stribuit amicis: in quo *cani fido se se confert, qui agrè à grege avellitur cura custo-
dieq. sua commissio*: & ut constaret, quis suus sit in Belgas animus, *non gregem
se relinquere innuit, sed ingratos, hoc est, parum agnoscentes, quod brevi illo tempore,
quo vixit in Belgio, disciplinam militarem restauravit: Duysburgum occupavit: cum
Parmensis exercitu feliciter dimicavit: valla ac propugnacula Zutphanie obsederit,
cæperit*. Nummi insequentis characteres ex historiâ ipsâ eruendi.

